

Le chroniqueur de la Cilicie nous donne un important renseignement sur ce lieu, en disant qu'il fut fondé par Léon le Grand.

Tous les autres lieux mentionnés dans l'édit de Léon<sup>278</sup>, me sont presque inconnus, et même leurs noms sont douteux. Parmi les villages accordés

---

<sup>278</sup> L'ancien original du chrysobulle de Léon est conservé dans les archives royales de Berlin, où furent transportés les archives de l'ordre Teutonique. Un autre exemplaire ancien se conserve dans les archives de Venise (dans les *Pacta secreta, Senato V. C.*). Il est inséré dans la bulle de Guillaume patriarche de Jérusalem (1263-70), et fut copié du texte original de Léon; Guillaume déclare de l'avoir vu intact, avec le sceau d'or portant l'effigie du roi. A cause de quelques variantes dans les mots et les noms propres de l'édit, nous reproduisons la bulle de Guillaume: *Notum facimus universis, quod nos vidimus et inspeximus diligenter Privilegium Domini Leonis Serenissimi Regis Armenie, vera bulla aurea pendenti Sigillum, non abolutum, non cancellatum, non rasum, nec in aliqua parte sui viciatum. Bulle vero talis erat aspectus: ab una parte ymago regia, sedens super solium regale, habens in caput diadema in medio signatum signo Crucis, et in manu dextra tenens sceptrum, et in sinistra liliun: ab parte vero altera similitudo leonis coronati, qui quasi dextero pede elevato lignum Crucis tenebat: circumscripto autem ex uterque parte scripta erat, ut putamus, literis armenicis*». — Laissant de côté le commencement et la fin du chrysobulle, nous transcriverons ici la partie moyenne qui a rapport à notre topographie, en indiquant en même temps les différences qui existent entre ces deux exemplaires, dont le second, (celui de Venise), n'était pas connu par V. Langlois, pendant qu'il publiait chez nous le Cartulaire des rois Roupiniens.

... Dono et concedo a modo in perpetuum... In primis, famosum castellum Amudam nomine, et casale inferius sibi adherens nominatum, cum pertinentiis et divisionibus ipsius signatis in hunc modum: A parte *Simanaglaïn* tendit usque ad antiquum *adaquarium*, ubi duo sunt arbores salice et modo factus est laccus; dehinc usque rostrum de rocha media juxta gastinam que est de territorio *Adidy*. A gastina illa superius ascenditur usque ad *Quilli*, quod dicitur latine meta de *Gammassa*. Alia divisio inter *Gammassa* et *Amudayn* tendit ad cavam, ubi est arbor dicta *chaisne-spinosa* et abbasia *Chalot* et agger vinee de *Mechale*, et extenditur meta usque viam. Alia divisio inter pastores et *Amidain* tendit usque ad collem, ante quem collem, sunt duo rubi salvatici et arbor morarius; de hinc tendit usque ad gastinam dictam *Dagie* et extenditur usque ad *Zamga*<sup>1</sup>; de hinc usque ad lacum *Heliâ et Ioh*; et inter *Ioh* et *Ramam* est quedam cava divisa. Item aliud casale nomine *Selpin*<sup>2</sup>, cum pertinentiis et divisionibus ipsius signatis. A parte *Baari* extenditur usque ad crucem; de hinc usque ad cavam et usque ad turonum de *Sabuhe* et usque ad agger de *Bezequi*. Inter *Selpin* et *Baari* et *Abedi* et *Rasel-aïn* est divisio quedam, *Petra* scilicet *Nigra* et *Pertusum vulpis*, et extenditur usque ad curbam *Iohannis Turci*, ubi est gastina; de hinc usque ad curbam de *Moqun* et usque ad *Iudapus*. Hec infra situm est ipsum casale *Sespin*. Ex parte *Alasines*<sup>3</sup> extenditur usque ad arborem morarium furcatum, et usque ad flumen *Iohan* et ad jungum(?) *den Dieu*, et ad ecclesiam de *Judapus*, et ad turonum *platum* et *Petram nigram*, et fractum *arvoltum* et usque ad laccum, ubi fuit domus *Iohannis Cordin*, et viam *cruciatam*, ubi est *crux de petra*. Hinc est *recta via* de *Amudain* ad *Traccic* et postera ad flumen. — Item aliud casale nomine *Buquequia*<sup>4</sup>, cum pertinentiis et divisionibus suis<sup>5</sup> signatis, sicut dominus *Michael* ipsum tenuit. Ejusdem et